



Notes du mont Royal

WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM



Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Bibliothèque nationale de France (BnF)

Musæi opuscu-
LVM DE HERONE
ET LEANDRO.



PARISIIS
In officina Christiani Wecheli.
M. D. XXXVIII.

Antipatri

**Hic est Leandri tranatus, hoc est ponti
Fretum non soli amanti graue.**

Hæc Herûs antiqua domicilia. hæ turris

Reliquiæ: proditrix hic pendebat lucerna.

**Communèque ambos hoc habet sepulchrum, nunc quoq;
De illo inuido conquerentes uento.**



*Clamabat tumidis audax Leander in undis,
Parcite dum propero, mergite cum redeo.*



A ij

MARCI MYSURI CRETENSIS.

• Templum erat in Sesto, porriciebant ubi libamenta
Veneri festinantes quot annus: at aram
Vasfer amor gestabat, iaculariq; gestiens,
Acute circumspectabat, amarumque contorsit sagittam
Matris in sacerdotissam, properansque inhaesit
Epati Leandri, cum puellae praecordia statim transodisset:
Vtrique autem Cupidinis eodem percussi furore,
Sui potiti sunt, nuptiarumque consciam lucernam
Clandestinarum posuere: ferreum autem illa sortita
Sanguinem, multiuagis prodidit amantis procellis.
Et eos luce priuauit, priuauit etiam lusibus uenereis

Eiusdem in Musaeum.

Etiam praecordia inuidia decorum tetigit: nam carminibus
lactauit se consecutum Mars praemia laborum.
Id audiens indignatus est, q. sua obumbrauerunt opera
Tenebrae satis, Martisq; non tulit iniuriam amor:
Museoq; mandauit: ille uero canebat anantium
Furorem decerpenti uirginis florem.
Laudetur ergo paruis panxisse marginibus,
Quae paruis ludens manibus patrauit Cupido.

MVSAEI DE

HERONE ET LEANDRO,

Dic Dea oculorum testem lucernam amorum:
Et nocturnum nataforem per mare uestiarum
nuptiarum;

Et coitum tenebrosum, quem non uidit immortalis aurora:
Et Sestum et Abydum, ubi nuptiae nocturnae Herus,
Natantemque Leandrum simul et lucernam audio.

Lucernam annunciantem nuncium Veneris,
Herus nocte nubentis nuptias ornantem nuntia. (et

Lucernam amoris simulacrū, quā debuit aetherius Iuppiter
Nocturnum post officium ducere ad consortium astrotū,
Ac ipsam appellasse sponsas ornantem stellam amorum.
Quoniam fuit ministra amatoriarum curarum,

Nunciūque seruauit insomnum nuptiarum,
Antequam molestus flatus flaret inimicus uentus.

Sed etia mihi canenti unum concine finem
Lucerne extinctae, et pereuntis Leandri.

Sestus erat et Abydus eregione, prope mare

Vicinae sunt urbes: Cupido arcum tendens,

Ambabus urbibus unam commisit sagittam,

Iuuenem urens et uirginem: nomen uero eorum

Suauisque Leander erat, et uirgo Hero:

Hec quidem Sestum habitabat, ille uero oppidū Abydi,

Ambae urbium perpulchrae stellae ambo:

Similes inter se, tu uero si quando illac transibis,

Quaere mihi quandam turrim, ubi quondam Sestus Hero

LEANDER

Stabat lucernam habens, et dux erat Leandros.
 Quere et antiquæ marisonum fretum Abydi,
 Adhuc deflens mortem et amorem Leandri.
 Verum unde Leander in Abydo domos habitans,
 Herus ad amorem uenit, amore uero deuinxit et ipsam
 Hero gratiosa generosum sanguinem sortita,
 Veneris erat sacerdos: cum nuptiarum uero imperita esset
 Turrim à parentibus apud uicinum habitabat mare,
 Altera Venus regina, castitate uero et pudore
 Nunquam collectarum commercio usa est mulierum;
 Neque tripudium grauius adiuit iuuenilis ætatis,
 Liuorem euitans inuidum mulierum:
 (Nam ob pulchritudinem inuida sunt foeminae)
 Sed semper Cytheream placans Venerem,
 Sæpe etiam Cupidinem conciliabat libamentis,
 Matre cum cœlesti flammeam tremens pharetram.
 Sed neque sic euitauit ignitas sagittas.
 Iamque Venerem populare uenit festum,
 Quod Sesti celebrant Adonidi et Veneri,
 Cæruatimque festinabant ad sacrum diem ire (larum,
 Quotquot habitabant mari circumdatarum extrema in sua
 Hi quidem ab Hæmonia, hi uero maritima à Cypro.
 Neque mulier ulla remansit in oppidis Cytherorum,
 Non libani odoriferi in summitatibus saltans:
 Neque accolarum quisquam deerat tunc festo,
 Non Phrygiæ incola, non uicina ciuis Abydi:
 Neque ullus iuuenis amator uirginum. certe enim illi
 Semper secuti, ubi fama est festi,
 Non tantum immortalium asserre festinane sacrificia,
 Quantum aggregatarum ob pulchritudines uirginum.

Verum

M V S A E I

Verum dea per eadem incescit uirgo Heros,
 Splendorem gratum emittens facie,
 Qualis alba genas oriens luna.
 Summi uero nuuearum rubebant circuli genarum,
 Ut rosa ex thecis bicolor: certè diceret
 Herus ex membris rosarum pratum apparere:
 Colore enim membrorum rubebat: euntis uero (elles
 Etã rose candidã induta tunicã sub talis splēdebant pu
 Multa uero ex membris gratiæ fluebant. sed antiqui
 Treis gratiis mentiti sunt esse: alteruter uero Herus
 Oculis ridens centum gratijs pullulabat.
 Profecto sacerdotem dignam nacta est Venus.
 Sic ea quidem plurimum antecellens foeminas,
 Veneris sacerdotissa noua apparebat Venus.
 Subijt autem iuuenum teneras mentes, neque ullus uir
 Erat, qui non affectaret habere coniugem Heronem.
 Illi aut̃ benefundatam quacumq; per eadem uagabatur,
 Sequenē memē habebat et oculos et prae cordia uirorū.
 Atq; aliquis inter iuuenes admiratus est, et dixit uerbum:
 Et Sparten acceſſi, Lacedemonis uidi urbem,
 Vbi laborem et certamen audimus pulchritudinum:
 Talem aut̃ nondū uidi puellam, prudentemq; æneramq;.
 Fortē Venus habet gratiarum unam iuuenum.
 Intuens deſſus sum: facietatem aut̃ non inueni aspiciendā
 Illic moriar, cubilia ubi conſcenderim Herus.
 Non ego in cælo cuperem deus eſſe,
 Noſtram uxorem habens domū Herō.
 Si autem mihi non licet tuam ſacerdotem tractare,
 Talem mihi Cytherea puellam uxorem præbeas.
 Talia iuuenum quique locutus eſt: undique alius

LEANDER

Vulnus celans insaniuit pulchritudine puellas:
 Grauiâ passe Leander, tu aut ut uidisti inclitam puellâ,
 Nolebas oculis consumere memem stimulis,
 Sed ardentibus domitus inopinâtio sagittis,
 Nolebas uiuere perpulchrâ expers Heronis:
 Simul in oculorum radijs crescebat fax amorum,
 Et cor feruebat inuicti ignis impetu.
 Pulchritudo enim calebris immaculatæ foeminae
 Acutior hominibus est ueloce sagitta:
 Oculis uerò uia est: ab oculi ictibus
 Vulnus delabitur, & in præcordia uiri manat.
 Cepit aut ipsum tunc stupor, impudentia, tremor, pudor:
 Tremuit quidem corde, pudor uerò ipsum tenebat captum,
 Obstupuit uerò pulchritudinem optimam: amor uerò ad
 demit pudorem.
 Audacter autem ob amorem impudentiam affectans,
 Tacite pedibus incedebat, & contrastruit puellam:
 Oblique uerò intuens dolosos torquebat oculos:
 Nubibus mutis in errorem inducens mentem puellæ.
 Ipsa uerò ut sensit amorem dolosum Leandri,
 Gaiusa est ob gratias suas. tacite uerò & ipsa
 Sæpe gratam suam occultuit faciem,
 Nutibus oculis innuens Leandro,
 Et rursus exulit: ille uerò intus animo gaudebat,
 Quod amorem sensit, & non renuit puella.
 Dum igitur Leander querebat occultam horam,
 Lucem contrahens descendit ad occasum dies:
 E regione autem apparuit umbrosa heesperus stella.
 Sed ipse audacter adibat prope puellam,
 Vt uidit atratas insurgentes tenebras,

Tacite

M V S A E I

Tacite quidem stringens roseos digitos puella,
 Ex imo suspirabat uehementer illa uero silencio
 Tanquam irascens roseam retraxit manum.
 Ut uero amata sensit instabiles nutus puellæ,
 Audacter manu uariam traxit uestem,
 Vltima uenerandi ducens ad penetralia templi.
 Pigre autem pedibus sequebatur uirgo Hero,
 Tanquam uolens, talēque emisit uocem,
 Fœmineis uerbis uiuans Leandro:
 Hospes, quid insanis? quid me infelix uirginem trahis?
 Alia ito uia, me amque dinutte uestem.
 Iram meorum cuit a locupletum parentum.
 Veneris non te decet dea sacerdotem sollicitare;
 Virginis ad lectum difficile est ire.
 Talia minata est conuenientia uirginibus.
 Fœminearū autē Leander ubi audiuit furorem minari,
 Sensit persuasarum signa uirginum.
 (Etenim cum iuuenibus minantur fœminæ,
 Venerarum consuetudinum per se nancie sunt mine)
 Virgins autē bene olens boni coloris collum osculatus,
 Tale uerbum ait, amoris istius stimulo:
 Venus cara post Venerem, Minerva post Minervam.
 (Non enim terrestribus æqualem uoco te mulieribus,
 Sed te filiabus Iouis Saturnij assimulo)
 Beatus qui te plantauit, et beata quæ peperit mater,
 Vener, qui te enixus est, felicissimus; sed preces
 Nostras exaudi, amorisque miseresce necessitatis:
 Veneris ut sacerdos, exerce Veneris opera
 Huc ades, imitari nuptialibus legibus dea:
 Virginem non deceat administrare Veneri:

Virginia

LEANDER

Virginibus Venus non gaudet si uerò uolueris
 Instituta deæ ueneranda, & ceremonias fidas discere,
 Sunt nuptia. & lecti: tu autem si amas Venerem,
 Mulcentium mentem ama suauem legem amorum:
 Tuumq; seruum me accipe, & si uolueris coniugem,
 Quem tibi Cupido uenarus est, suis sagittis affecutus:
 Sicut audacem Herculem æler auriuirga Mercurius
 Serulum duxit Iaphlanen ad puellam. i. Omphalem:
 Tibi uerò me Venus misit, & non sapiēs atulit Mercurus
 Virgo non te latet ex Arcadia Atalanta, (rins.
 Que olim Milanonis amantis fugit lectum,
 Virginitatem curans: irata autem Venere,
 Quem prius non amauit, in corde posuit totum.
 Persuadere & tu cara, ne Veneri iram excites,
 Sic factus, persuasit recusantis mentem puellæ,
 Animum amoriperis errare faciens uerbis.
 Virgo autem muta in terram fixit aspectum,
 Pudore rubefactam abscondens genam,
 Et terra triuit summatē in uestigijs: xum pudore aut
 Sepe circa humeros suam contraxit uestem.
 Persuasionis enim hæc omnia præiuncta: uirginis autem
 Persuase ad lectum, promissio est silentium.
 Iam & suaua narum suscepit stimulum amorum:
 Vrebat autem cor dulci igne uirgo Herò,
 Pulchritudinēque suauis stupefcebat Leandri.
 Dum igitur ad terrā habebat nox. sinclinatā caliginē,
 Tunc & Leander amore furcēte uultu
 Non defatigabatur uidens tenerum collum uirginis.
 Serò uerò Leandro suauem emisit uocem,
 Verecundatē madidum ruborem stillans à facie:

Hospes

M V S A E I

Hospes tuis uerbis forsan et caute moueres:
 Quis te uariorum uerborum docuit uias?
 Hei mihi, quis te duxit meam ad patriam terram?
 Hec autem omnia frustra locutus es. quomodo .n. uages
 Hospes cum sis et infidus, meo amori muscearis?
 Manifeste non possumus nuptiis legitimis coniungi.
 (Non enim meis parentibus placet) si autem uoles
 Ut hospes profugus mea in patria manere,
 Non potes tenebrosam abscondere Venerem.
 Lingua enim hominum amica conuiuij: in silentio autem
 Opu, quod perficit aliquis, in triuijs audit.
 Dic uero, ne cales tuum nomen, et tuam patriam.
 Non enim meum te lateat: mihi nomen inclytum Herô.
 Turris autem celebris, mea domus altissima:
 Qua inhabitans cum ancilla quadam sola
 Sestiensem ante urbem supra profunda littora.
 Vicinum mare habeo inuisis consilijs parentum.
 Neque me prope uicinae sunt coëtae: neque choreæ
 Iuuenum ad'unt: semper autem nocte et die
 Ex mari uentoso insonat auribus sonitus.
 Sic fata, roseam sub ueste celabat genam.
 Rursus pudore affecta, sua autem increpabat dicta.
 Leander autem amoris percussus acuto stimulo,
 Cogitabat quomodo amoris exerceret certamen.
 Virum enim uariis consilijs amor sagittis domat:
 Et rursus uiri uulnus medicatur: quibus autem dominatur,
 Ipse omnidomitor consultor est morialibus.
 Ipse etiam amanti auxiliatus est Leandro.
 Tandem autem ingemens arafidijum dixit uerbum:
 Virgo tuū propter amorem, etiā a pām undam transibo.

Stigni

LEANDER

Si igni ferueat, et innauigabilis erit aqua:

Non timeo grauem undam tuum adiens cubile,

• Non fremitum resonantem grauisoni maris:

Sed semper per noctem portans madidus maritus

• Nauigabo Hellespontum ualde fluentem non longè enim,

Contra tuam urbem habeo oppidum Abydi:

Tantum mihi unam lucernam ab excelsa tua turri

Eregione ostende per tenebras, ut intuens

Sim naui amoris habens tuum stellam lychnum.

Atque ipsum aspiciens ne uideam occidentem booten,

Nec asperum orionem, ac immadidam tractionem currus,

Patriæ obuia ad dulcem portum uenirem.

Sed cara caue perflantes uentos

Ne ipsum extinguant, et statim animam perdam,

Lychnum mee uitæ luciferum ducem,

Si uerè aatem uis meum nomen et discere,

Nomen mihi Leander bene compta coniunx Heras,

Sic quidem clandestinis nuptijs constituebant nascere,

Et nocturnam amicitiam, et nuntium nuptiarum,

Lucerne testimonijs pacti sunt seruare:

Illa quidem lucem extendere, hic aut undam longas transire.

Pernoctationes autem exequi uigilum nuptiarum,

A se inuis separati sunt necessitate:

Hæc quidem suam ad turrim, hic aut obscuram per noctem

Ne quid erraret iactans signa turris,

Nauigabat profundi fundamētum ad latum oppidum Abydi.

Totamque noctem coniugum clandestina desideratis certamina,

Sepe optarunt nemere cubiculum ornatum noctem.

Iam atrata eucurrit noctis caligo,

Viris somnum afferens, et non amanti Leandro:

Sed

M V S A E I

Sed multifremi apud littora maris
 Nuntium expectabat lucentium nuptiarum.
 Testimonium lucernæ lugubris expectans,
 Læstique clandestini procul speculantem nuntium.
 Ut uerò uidit nigra obscuram noctis caliginem,
 Hero lucernam ostendit: accensa uerò lucernâ
 Animum Cupido exussit festinantis Leandri:
 Lucerna ardente, coardebat: à uerò mari
 Insanarum nudarum multifonum fremitum audiens,
 Tremebat quidem primum: postea aut audaciâ attollens,
 Talibus alloquebatur consolans mentem uerbis:
 Grauis amor & mare implacabile, sed maris
 Est aqua: uerum amoris me urit intestinus ignis.
 Assume ignem cor, ne time effusam aquam.
 Ades mihi in amorem, cur fluctus curas?
 Ignoras quòd Venus nata est è mari,
 Et donatur Ponto, & nostris doloribus
 Sic fatus, membra amabilia exiit uestem,
 Ambabus manibus, sinuque astrinxit caput.
 Littorèque exiit, corpusque deiecit in mare,
 Splendentièque festinabat semper aduersus lucernam.
 Ipse remex, ipse classis, ipse sibi naus.
 Hero autem alta lucifera super turri
 Pernitiosis auris undecunque spiraret uentus,
 Veste saepe lucernam tegebat, donec Sesti
 Multum fatigatus Leander iuit ad portuosum littus,
 Et ipsum suam ad turrim subuexit: extans uerò
 Sponsum anhelantem complexa silentio,
 Spumæ ex capillis guttas adhuc stillant em maris,
 Duxit spòsam ornatis ad penetralia uirginalis cubiculi,

Et cora

LEANDER

Et corpus totum absterfit, corpusque unxit oleo
 Bene olenti roseo: et mare olentem extinxit odorem.
 Adhuc autem anhelantem altè stratus in lectis
 Sponsum circumfusa blanda emisit uerba:
 Sponse multū laborasti, quæ non passus est sponsus alius.
 Sponse multum laborasti: satis tibi est salsa aqua,
 Fœtorque piscosus fermentis maris.
 Hæc tuos sudores meis impone sinibus.
 Sic illa hæc locuta est ille uerò statim soluit zonam,
 Et læges inierunt beneuolæ Veneris,
 Erāt nuptiæ, sed sine choreis: erat lectus, sed sine hymnis:
 Non coniugium sacrum quisquam laudauit poëta:
 Non tedarum illuminabat lux cubicularium lectum,
 Neque peragili quisquam insiluit chorea.
 Non hymneum cantauit pater, et ueneranda mater:
 Sed lectum sternens perficientibus nuptias in horis
 Silentium thalamum fixit, sponsam uerò ornauit caligo,
 Et nuptiæ erant longè a cœnendis hymenæis.
 Nox quidem erat illis nuptiarū ornatrix, nūquā aurora
 Sponsum uidit Leandrum ualde notis in lectis.
 Nauigabat autē eregione positi rursus ad populū Abydū,
 Nocturnos insatiabilis adhuc spirans hymenæos.
 Ast Hero longa induta ueste suos latens parentes,
 Virgo diurna, nocturna mulier: utrique autem
 Sepe optarunt descendere ad occasum auroræ,
 Sic hi quidem amoris abscondentes uim,
 Occulta delectabantur inter se Venere.
 Sed paruum uixerant in tempus, neque diu
 Inuicem potiti sunt multuagis nuptiis.
 Sed quando pruinosa uenit hyemæ hora,

Horrendæ

M V S A E I

Horrendas cōmouens multarum uortiginum procellas,
 Profunditatesq; infirmas et madida sandamēta maris,
 Hyemales spirantes uerberabant uenti:
 Nimbo percutientes totum mare, uapulante autem
 Iam nauem nigram fregit in duas partes terra,
 Hyemale et infidum effugiens mare nauta.
 Sed non hyemalis te timor cohercebat maris
 Fortunae Leander: nuntius sed te turris
 Consuetam significans lucem nuptiarum,
 Furentis te impulit securum maris,
 Crudelis et perfidus: debebat autem infelix Hero
 Hyeme instante manere sine Leandro,
 Non amplius accendens breuis tēporis stellum lectorum.
 Sed amor et fatum cogebat, allecta autem
 Parcarum ostendebat, non amplius facem amorum.
 Nox erat, cum maxime spiranteis uentos
 Hyemalibus flatibus iaculantes uenti
 Collecti irruunt in littus maris.
 Tunc Leander consuetæ spe sponse,
 Valde sonantium ferebatur marinarum nuptiarum.
 Iam ab unda unda uoluebatur, accumulabatur uero aqua,
 Aetheri miscebatur mare: concitata est undique terra,
 Pugnantibus uentis, zephyro aut contra spirabat curus,
 Et notus in boream magnas immisit minas:
 Et fragor fuit inuitabilis ualdis fremitus maris.
 Graui autē passus Leander implacabilibus gurgitibus,
 Sæpe quidem precabatur æquoream Venerem:
 Sæpe autem et ipsum regem Neptunum maris.
 Atthegæ non boream immemorem relinquit nymphe.
 Sed ei nullus auxiliatus est: amor aut non coërcuit fura.
 Undiq;

LEANDER

Vndiq; autem accumulati male obuio fluctus impetu
Contritus ferebatur pedum autem eius defecit vigor,
Et uis fuit immobilis inquietarum manuum.

• Multa autem spontanea effusio fluebat in guttur,
Et potum inutilem impetuoſi potauit maris.
Et iam lucernam infidam extinxit amarus uentus,
Et animam & amorem deſcendi Leandri.

Cum adhuc autem dirigeret iter uigilibus oculis,
Stabat fluctuans miſeris curis.

Venit autem aurora, & non uidit ſponſum Hero:
Circumſpectum oculum dirigebat in lata dorſa maris,
Sicubi uideret errantem ſuum maritum
Lucernam extinctam apud fundamentum turris
Dilaniatum ſcopulis ut uidit mortuum maritum,
Variam ſcindens circa pectora tunicam,
Cum ſtrepitu præceps ab alta deturbata eſt turri.
Atque Hero mortuus eſt ob mortuum maritum:
Suique potius ſunt & in ultima perniciæ.

FINIS.